

cum Deo, in qua ibunt sancti de virtute in virtutem. Et hoc in Christo Jesu, quia per Filium sumus redempti, et per ipsum remunerati. Deus Pater per Filium suum nos redemit, per quem et vocavit, quem pro redemptione generis humani incarnari [Cod., incoronari] constituit. Modicum passos. Beatus dicit, modicum passos, quia passiones hujus temporis modice

A sunt ad comparationem futuræ beatitudinis. Sic enim dicit Dominus : Nolite timere eos qui occidunt corpus, animum autem non possunt occidere. Ipse perficiet, scilicet Deus, qui vocavit nos in aeternam gloriam, perficiet corpore, confirmabit animo, solidabit spiritu : perficiet in perseverantia boni operis, confirmabit premio, solidabit bravio vitae aeternæ.

EODEM TEMPORE:

## JOANNES, ARELATENSIS EPISCOPUS.

JOANNIS, ARELATENSIS EPISCOPI,

### EPISTOLA AD VIRGINES MONASTERII SANCTÆ MARIE.

Sanctis ac venerandis in Christo sororibus, ipsis quibus sanctæ memorie predecessor noster Aurelianus episcopus monasterium sanctæ Mariæ intra muros Arelatensis urbis constituit, præcepta vivendi sancxit, Joannes, gratia Domini ac Dei nostri Iesu Christi, episcopus.

Cum plenissime series regulæ vobis constituta via et vestitus qualitatem et quantitatem vestram sanctitatis contineat, nihilque indignum in ea, quod ad emendationem formule ejus pertineat, inveniatur; tamen pro charitate et cura ejusdem, quam Dominus Ecclesiae suæ commendavit, admoneamus, ut cum quanta possunus industria vigilemus, ne aliquam occasionem antiquo hosti subripiendo sanctum gregem relinquamus; nobisque futuro judicio censura pro torporis negligentia justissime inferatur; aliqua vestre sanctitat addicimus, per quæ, ut nobis videtur, liberis gressibus, nullisque præpedientibus occasionibus inter [forte iter] coelestis Jerusalem, Christo Domino previente, incedere valeatis. Præcipimus

Itaque, postulantes sanctam charitatem vestram, et in ipsis temporibus, quibus jejunandi et reficiendi vobis statuta præcepta sunt, nulla sit vobis causa viris aut mulieribus religiosis aut laicis, quoniam quibuslibet propinquis aut estraneis, potandi licentia. Sed et tantum ipsis, quibus præfati sumus, pro charitatis officio, sicut concedat vestram sanctitatem, poculos offerre præcipimus. Vee tamen in coram præsentia in omnibus abstinet; ne si licentia eis eiis Indulta occasione potata fueritis, in resolutione potandi aut cor vestrum contraria cogitatio subripiat, aut jocus indecens per oculos et aureos, et verba audachios prorumpat. Sed sicut diximus, ab hujusmodi licentia in omnibus abstinentes, et per grades singulos regulæ constituta ambulantes, vite presentis cursua feliciter gradiamini; et vite aeternæ mansiones permissione Domini nostri Iesu Christi ingredi festinetis. Quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre et Spiritu sancto unus Deus per unum a seculis, per aëcula, in saecula saeculorum.

EODEM TEMPORE.

## JOANNES, BICLARENSIS ABBAS.

(Galland. Biblioth. t. XII.)

### NOTITIA.

I. Joennes, Gothis oriundus, Scalabi in Lusitanie provincia ortum duxit. De eo haec Isidorus Hispanensis (a) : « Hic cum esset adolescens, Constanti-

nopolim perrexit, ibique Graeca et Latina eruditione nutritus, post decem et septem annos in Hispania reversus est eodem tempore quo, incitante rege Leu-

(a) Isid. Hisp., lib. de Vir. illustr., cap. 31.